



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

43. Dom. 10. post Trinit. de fletu Christi super Hierus. Luc. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

32 MEDITATIONES IN

regnum cœlorum. Vnde colligis, quantum faciat Deus paupertatem spiritus, & opera misericordiæ.

DOM. X. POST TRIN.

De fletu Christi super Hierusalem.

LUC. 19.

1. **I**ESVS videns ciuitatem Hierusalem, flevit super illam, dicens. Quia si cognovisses & tu. Considera Dominum inter summos honores hoc die (Palmarum) à populo sibi delatos lacrymari de Hierosolym. excidio post multos annos futuro, vt præbeat nobis exemplum, ne rebus prosperè fluentibus obliuiscamur afflictionum proximi. hoc enim facit societas in vno corpore, vt si vnum membrum patiatur, compatiantur cætera 2. cum fleuisse non ob ruinam materiale[m] vrbis, sed ob peccata, quæ causam ruinæ dederunt; vt nos quoque discamus deslere non temporalia damna, sed peccata nostra. Et recte, quia lacrymis temporalia damna non possumus refarcire. possumus autem damnum spirituale, vt eluto peccato, gratiam Dei recuperemus. 3. considera, omnia mala nostra oriri ex defectu cognitionis, nã dæmon velat oculos pec-

2. Cor.

13. "

ios peccatoris, ne grauitatem peccati cognoscat, ita ea ignorata in suum exitum ruit.

Venient dies, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt undique. Considera id quidem ad literam intelligi de obsidione arctissima Hierosolymæ, mysticè autem de morte peccatoris. Dæmones enim moriturum tanto numero cingunt, vt spes vix sit euadendi. Coangustant obiectis peccatis præteritis, & futuris pœnis. Prosternunt quoq; in terrâ, hoc est, in desperatione adducunt, nec relinquunt lapidem super lapidè; id est, bonis omnib. quæ vnquã fecit, priuant. Causa est, quia non cognouit, *tempus visitationis sue.* quod nõ est aliud quam tempus huius vitæ, in qua visitamur & incitamur admonitionibus, exemplis, & legibus ad officium virtutis.

Christus ingressus templum eiecit ementes & vendentes, dicens. (Domus mea, domus orationis vocabitur.) Considera Dominum ardentibus oculis seuerè ementes & vendentes obiurgãtem, tum etiam irruentem in mensas & euerrentem, adiuuantibus discipulis, vt discas magno zelo vri, quando diuinæ maiestatis gloria vindicanda est. 2. Si domus illa veteris legis erat Dei domus &

IN
quanti
& opera

IN.
lem.

in, fleuit
misses &
nos ho-
ulo sibi
excidio
eat no-
duenti-
oximi.
ore, vt
patian-
uinam
& cau-
e disca-
a, sed
elarmi-
ale, vt
emus.
riri ex
t ocu-
s pec-

mus & orationis, in qua arca lignea serua-
batur; quanto magis domus Dei & oratio-
nis erit domus nostra, in qua ipse Christus
Deus & homo in Eucharistia est praesens,
ac proinde in templis semper cum magna
reuerentia est versandum, & orationi, non
fabulis vacandum.

DOM. XI. POST TRIN.

De Phariseo & Publicano.

Luc. 18.

1. **I**ESVS dixit discipulis. Duo homines ascen-
derunt in templum ut orarent. Vnus erat
Phariseus sic orans. Deus gratias ago, quod
non sum sicut ceteri hominum, ieiuno bis in
sabbatho, decimas do. Considera, quam sic
terribilis in consiliis suis Deus. Quis enim
nostrum non praeferat hodie pharisaeum,
qui tam multa bona fecit, & de iis Deo
gratias agit, publicano, qui multa mala fe-
cerat, & nihil boni? & tamen hic iustifica-
tus est praeter illo. 2. nota, in quo peccavit
Phariseus, Primo, quia censuit se iustum,
quod solus Deus scit. 2. quia se laudavit:
Laudet te alienus, ait Sapiens, & non os
tuum 3. quia ceteros censuit iniustos, con-
tra illud. Nolite iudicare. 4. quia ceteris se
praeferat.

Pho.

27.

Matt.

7.